UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs, tum pro Pœnitentibus

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

Peccata in genere, ut audita & quid ut audita in tali loco, paragr. 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

Visual Library

culum adierit. Huc reducitur ſi Confeſſor revelet pænitentiam pænitenti impoſitam, vel publicè peragendam imponat, ſed gravem, ideſt quæ conſvevit injungi pro mortali, qualis nunc eſſet (ait Diana d) corona Beatiſſimæ Virginis non vero unicum (Miſerere) quia hoc loquendi modo, præbetur, ut dictum eſt, occaſio grave quidpiam adverſus pænitentem ſuſpicandi.

d *Diana p. 5 Tr.* 11 *reſ.* 31.

§. II.

Peccata in genere, ut audita: & quid ut audita in tali loco.

3 NOn erit autem contra Sigillum peccata audita, etiam ſignatè ut in confeſſione audita, abſque ullo periculo, quid conjiciendi adverſus pænitentem, enarrare? id tamen propter periculum, quod fortaſſe latet, rudiumque ſcandalum,

lum, reprehenderem cautus. Atque hoc quidem ſcandalum communiter adeſſe, quando dicitur. *Hoc audivi in Confeſsione*, docet Fagundez *e* Verum eſt temperandus, quia, in noſtra ætate tam cultâ, pauci admodum ſunt, quos vera de hac re, ſolidaq; doctrina prætereat.

4 Quid ſi detegatur locus, vel familia: ut ſi Confeſſarius ſic enunciet. *Eo in loco ſolet hoc peccatum committi.*

Dico, ſi id evulgetur *f* de loco magno; non eſſe contra Sigillum: eſſe, ſi de parvo. Ratio eſt, quia nulla fit injuria, ſi de numeroſa Civitate affirmetur, ibi perpetari peccata: ſit ſi de raro populo, vel familia, quæ certè ex illo dicto infamia notaretur. Immo injuſtè item notaretur, tametſi id dicendi conceſſiſſet licentiam pœnitens; quia ipſe, utpotè unus, cedere nequit juri totius familiæ. Merito ergo Tur-

e Fag. 2. Eccl præ. l. 6 c 5. n. 11. fin.

f Delugo l. c. ſec. 3. n. 63 aliique quidquid dicant alii apud Dianam p 2 tra, Miſ. 1. alias. 15 reſ. 13.

g Turr. de pæn, q. 11 ar. 1. d 33 d 1. apud Dianam p. 5. trac. 11. reſ. 45.

tianus g reprehendit Superiorem localem, qui Provinciali forte dicat: *In hac domo, ſeu Collegio ſæpe poſtulatur licentia abſolvendi à Reſervatis*; quia nimirum id redundat in ignominiam, & non raro in damnum domus. Vide infra c. 4 num, 2. ubi fatebimur non fieri improbabile id non eſſe contra Sigillum, ſi dictæ licentiæ poſtulatæ extra confeſſionem fuerint.

g *Turr. de pæn. q. 11. ar. 1. d. 33. d 1 apud Dianam p. 5 trac. 11. reſ 45.*

§. III.

Peccata publica.

5 CErtum ſit Secundò, peccata pænitentis, etiam publica, tacenda eſſe. Immo ſi ſciviſti aliunde, quamvis non pecces, quantum eſt ex vi Sigilli, ſi ea aliis palam facias; tamen id tibi cautè præſtandum eſt, ne oriatur ſcandalum, nevè limites notitiæ, extra confeſſionem hab

h *Sotus in 4. diſt 18. q. 4. ar. 5.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN